

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johann Fecht Georg Conrad Voitus

**De Invocatione Sanctorum Theses Theologicae, Mart. Becani, Iesuitae Manuali  
Controv. lib. I. cap. VII. oppositae**

Durlaci: Müller, 1684

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn787862290>

Druck Freier  Zugang





A. A. C. 52 b. 6.

H. A.  
A. 03

38

27

ot-~~4~~

8-6



Fa. 1092(80)

In Tomo hoc. XXXVII. sunt.

1. Jo. Schmid de Peccato. ad 1. Is. III, 4.
2. — De liben Arbitrio. Jo. VIII, 36.
3. Seb. Schmid de script. S. ad 2 Pet. I, 19-20. 21.
4. D. Damhaueri Aethica Sancta sui vindic.
5. Jo. Faust prolix. de notione divina ad Act. XVII, 28.
6. D. Georgij Haeberlini fascic. Myrrae. Cant. I, 13.
7. Andreas Vrinius ad Psalmum II.
8. Jo. Schmid de vita Eterna.
9. Christiani Thes. o Manjulus Physii Prachianum sub B.  
Suscemamo propitiam.
10. D. Martin Geijers conformitas Iudeo Papstorum  
dictina de Des Angelis & Homine.
11. Christoph Laur. Meelkührer p. m. de Chiarimo.
12. Jo. Andr. Quenstedt de Persequitione Venetiorum.
13. Gabrielis Wedderkopf de Athosmo Ponianorum.
14. Michael Foeutsch de Seoum naturalium signis
15. — De ordine script. prout ea sum. Nat. conc.  
mens. 2. 8.
16. c. Jo. Fecht de Judie Controversiam.
16. a. — de Trinitate.
16. b. — De Ant. Christo.
17. — De Generatione sanctoru.
18. — De Luyatono.
19. — De Communione s. k. utrag 3

20. *Dominic Fabri de Misa.*
21. —. *De sacramentis.*
21. —. *De vocatione Ministeriorum Ecclesie.*
22. —. *De Cælibatu eundem.*
23. —. *De Peccato.*
24. *Hoornbeek de Theologie Propriæ.*
25. —. *Par postmod.*
26. —. *de Tentatione Dei.*
27. —. *De Autoritate Nostri Testamenti.*
28. —. *De Piclante.*
29. —. *De Devotione.*
30. —. *De Meditatione Sacra.*
31. } —. *De Studio verbi divini:*
32. } —. *De Studiis verbi divini:*
33. —. *De Sacra divina gratia.*
34. —. *De Fiducia in Deo.*
35. —. *De Gaudio Spirituali.*
36. —. *De Toto.*
37. —. *De Christo.*
38. —. *De Ascensione Christi:*
39. —. *De Gloriâ Christi celesti:*
40. —. *De Spiritu S.*
41. } —. *De Providentia.*
42. } —. *De Providentia.*

42. } Floornbeck de Prædestinationes.  
43. }  
44. }  
44. — . De Sabbatho.  
45. — . De Ministeri acceptiunc.  
46. — . De Examini Ministrorum.  
47. — . De Corum officiis.  
48. }  
49. }  
50. — . De Clericis et clericis Virta.  
51. }  
52. }  
53. — . De Fœdere Clericis.  
54. — . De Mundio.  
55. — . Ad Matt. XXIII, 37. —  
56. — . — . XI, 20. 21.  
57. 90. Cocreji de Divinitate Script.  
58. } — . de Perfectione Script.  
59. }  
60. } — . de Fœdere gratiae et Verbi MT.  
61. }  
62. } — . de Logio Reg est.  
63. }  
64. — . De Natura Illuminationis Christi:

65. Jo. Careji de Regeneratione et Resipientia.  
66. — De Oblatione Christi.  
67. Westenij. De Unionis Personalis in Christo Forma,  
Fine Effectus. etc.  
68. — Lucæ Gerneri de Forma Unionis Personalis  
in Christo.  
69. — De Preymestatib⁹ Dei.  
70. — De Peccato in Sintum.  
71. Westenij de Praedest. Bonorum et malorum.  
72. Gies et Collegam Syllabus Controversiarum

V.

17.

14.  
13.  
12.  
11.  
10.  
9.  
8.  
7.  
6.  
5.  
4.  
3.  
2.  
1.

# DE INVOCATIONE SANCTORUM THESES THEOLOGICAE,

MART. BECANI, JESUITÆ

Manuali Controv. lib. I. cap. VII. oppositæ;

*Quas ex publicis Praelectionibus*

VIRI

*Maximè Reverendi, Amplissimi, Excellentissimique*

DOMINI

# JOANNIS FECHTII,

SS. THEOL. LIC. SEREN. PRINC. MARCH. BAD.  
CONSIL. ECCLES. ET CONC. AUL. ILLISTR.  
GYMNASII PROFESS. PUBL.

*Patroni & Preceptoris sui, immortali vene-  
ratione & cultu suspiciendi,*

*excerpsit, atque in SOLENNI congressu*


*Eodem PRÆSIDE*

*defendendas proposuit*

# GEORGIUS CONRADUS VOITUS,

Lohrâ-Brisgojus.

*Ad d. 26. Novembr. horis pomeridianis M DC LXXXIV.*



DURLACI, Literis MARTINI MULLERI.

VIRO

*Amplitudine officiorum & meritorum in Patriam magnificentia*

*ILLUSTRI,*

**D O M I N O**

**JO. JUSTO HARTMANNO  
FISCHERO,**

JCTO FAMIGERATISSIMO, SERENISS. PRINC. NOSTRI  
CONSILIARIO INTIMO EMINENTISSIMO ET DICA-  
STERII CAROLOBURG. ADSESSORI  
GRAVISSIMO;

**DOMINO ET PATRONO MEO,**

*Ut de bonis omnibus optimè merito, ita præcipue  
mihi ob innumera beneficia submissâ reverentiâ colendo,*

*Præsentî Disputatione*

*Observantia mea, magnis ipsius varisque virtutibus debita,  
constantiam,*

&

*Devota, quoad vixero, obsequia commando;  
GEORGIVS CONRADVS VOITVS.*



DE  
INVOCATIONE SANCTORUM  
THESES.

I.



Ancti hic vocantur, partim Angeli in bono confirmati, partim & præcipue homines, qui in verâ fide atque pietate ex hoc mundo discesserunt, utrique coram facie Divinâ sanctam beatamque vitam æternum in cœlo ducentes.

II.

Invocari autem generaliter latinis scriptoribus dicitur, cujuscunque auxilium quomodocunque imploratur. Id cum dupliciter fieri possit, vel ut in eum, quem invoco, confidentiam humanâ majorem collocem & coram illo humiliore demissione, quam qualis creaturam decet, me abjiciam: vel ut invocationem ad alterum dirigam, fiduciâ & reverentiâ utens, fortunæ statuique ejus prorsus convenienti; duplex quoque invocatio nascitur. Prior religiosa vocatur, preslè accepto vocabulo, prout religio actus à se immediate elicitos notat, atque eo ipso soli DEO competit, quia præter eum nemo fiduciâ atque honore majore, quam qualis in creaturam quadrat, dignus est. Posterior civilis, quia inter ejusdem societatis cives communius frequentatur.

III.

Sed & hanc ipsam dupli iterum ratione contingere, experientia comprobatur. Aut enim invocando fiduciam in merita ejus, quem alloquor, pono, quorum valori innixus, & à malis, quibus involvior, atque à pœnis, quas metuo, liberari, & beneficia, quæ desidero, obtinere queam; aut fidei tantum communioni & charitati ejus confido, eaque fretus, communes ad Patrem misericordiarum pteces, pro bonis ex merâ puraque gratiâ impetrandi, imploro.

IV.

Quibus suppositis thesis nostra est: Sancti nullo modo à nobis rectè

atque utiliter invocantur. Cui hanc Romanæ Ecclesiæ doctrinam opponit Bécanus: *Nos docemus cum communi consensu totius Ecclesie Catholice, quæ errare non potest, sanctos, cum Christo regnantes in celo, pie & cum fructu à nobis invocari posse.*

V.

In probatione theses nostræ non aliis nunc argumentis utemur, quam quæ refellendi animo proposuit Bécanus: sed quæ ille, ut & cōdūcilius falleret simpliciores, confudit, nos justo ordine, ut nec instantiis ejus locus sit, & responsiones rectius possint resolvi, disponemus.

VI.

Quædam enim probant, sanctos ne quidem civiliter invocari aut posse aut debere; quæ ratione apud Bécanum tertiam atque quartam comprehenduntur. Alia probant; sanctos religiosè invocandos non esse, utpote argumentum, quod tractat, primum & secundum. Nonnulla probant, nec religiosam nec civilem invocationem ipsis competere, ut argumentum quintum & sextum.

VII.

Itaque à sanctis ne quidem civili compellatione vel opem vel intercessiōnem, meritis eorum nixam, peti debere, ex illicitâ erga D̄eūm dissidentiâ recte probatur. Qui cum ex gratiâ petentium preces se exauditurum promiserit, promissioni certe ejus diffidit, quisquis ad merita confugiendo de gratiâ dubitat, aut aliorum merita D̄eo, ut exauditionem vel invito extorqueat, obtrudit. Cui argumento quo jure Bécanus sanctorum exempla, orationis societatem ab aliis, non merita, efflagitantium, opponat, nullo modo appetet.

VIII.

Deinde cuius intercessionem & operam exposco, eum necesse est me invocantem audire, cum stolidus sit, qui alteri, à se tanto intervallo remoto, loquitur, ut nec intueri in os loquentis, nec sermonem ejus percipere possit. At demortuos omnes adeoque & sanctos res hujus vitæ neque videre oculis ob distantiam, neque curare quasi ex officio in iisdem occupatos, nec conversari cum vivis, aut eorum negotiis immisceri, ut in hac vita fecerunt, expressa Scripturæ testimonia, à Bécano in alienum, quam quem litera, generaliter loquens, atque vivos mortuis, quæ tales sunt, componens, & contextus habet, sensum, vi contorta, docent. Eccl. IX, 5. Es. LXIII, 16. & alibi passim. Quem postremum locum patres ad unum omnes de mortuorum communī statu, quo & in N. T. gaudent, nullâ prorsus factâ ficitii limbi mentione, exponunt.

IX.

Evidem non dubitabimus, demortuorum animas partim ipsasmet variarum

variarum rerum notitiam, in hac vitâ acquisitam, in alteram illam transferre, partim ab animabus aliis, novissimè eò delatis, recentiorem scientiam, etiam particularem, quasi quotidie adipisci, partim de variis rebus vel à DEO in familiari colloquio, vel ab Angelis edoceri, atque inde arreptâ occasione etiam specialiter pro hoc illove, ne quidem rogatos, intercedere. Hoc enim quamquam totidem verbis in Scripturâ non legatur, quia tamen statui ipsorum, in Scripturâ descripto, in amica cum DEO, cum Angelis, cum beatis conversatione consistenti, prorsus consentaneum est, ne quidem concipi potest, quomodo sancti retinere ibi charitatem, ut promiscuè in omnes, ita præcipue in consanguineos, & tamen nec preces cum ipsis sociare, nec eorum ullâ, quantumvis ab omni miseriâ vacuâ, sollicitudine tangi debeant. Itaque allegata dicta, quæ vel prorsus nihil scire mortuos, vel ignorare res etiam necessariorum suorum adseverant, non possunt de omni scientiâ simpliciter, quomodo cunctis comparata, sive rerum in universum, sive in particulari, intelligi. Illud enim si dicas, Psychicorum opinionem, animas otioso cuiquam somno adstringentem, reducis, communij Theologorum consensu jamdiu rejectam. Hoc si asseras, unde Abrahamo notitia de vita epulonis, quam in deliciis duxerat? Quis credat, Abrahami animam in id infelicitatis ergastulum in cœlis fuisse detrusam, ut nec à DEO, quo cum amicissima ei semper erant, ut de rebus aliis, ita præcipue de Ecclesia, cuius membrum ipse erat, colloquia, nec ab ejusdem beatitudinis sociis, (quod tamen non angelis tantum, eadem beatitudine frumentibus, sed & damnatis ipsis, utpote epuloni in inferno licuit) de quaenque re hujus vitae, in primis de statu natæ ex se Israëliticæ Ecclesiæ, percontari illi permitteretur? Homines non fuerint, sed laxa, ni id faciant, beati; nec ratio adferri ulla potest, cur id vel DEUS prohibeat, vel ipsi non desiderent, cum cœlestis gaudii magnitudinem augeat, si benè cum Ecclesia, vel necessitudine sua agi intelligunt, nec perfectionem facilitatis imminuat, si sinistri ipsis quidpiam accidere audiunt, nisi forte & de Dei ipsis atque Servatoris nostri beatitudine detrahatur, quod calamitates fratrum suorum exactissimè cognoscit, aut angelorum felicitati obstat, quod adversitatibus piorum ipsi met intersunt, aut Abrahamo dolorem attulerit, quod epulonem, citra dubium ex posteritate sua nepotem, in æternæ miseriae flammis confixerit. Quae necesse nostro iudicio fuerit, allegata testimonia de scientia quidem omni, sed determinata, qualis in hac vitâ fuerat, inter ejusdem societatis cives parta & cum curâ atque molestiâ quadam conjunctâ, interpretari; qualis utiq; & hodie in cœlis sanctorum scientia esset, si illi desideria nostra ordinariè audirent atque res nostras omnes coram DEO in particulari curarent. Eodem prorsus modo Theologi, cum veteres tum recentiores, ea in Davidicis Psalmis loca,

ubi demortui DEUM non amplius laudare, Deique ne meminisse quidem dicuntur, exponunt.

X.

Ut autem recte argumentor: beati in cœlo non minore, quam hic, quo ad virtutes, ipsis, in quantum Christiani & DEI filii sunt, competentes, perfectione gaudebunt; ergo suas preces, quoad poterunt, cum cæteris Christianis, præsertim amicis, conjungent: ita hoc sequitur, quod infert *Becanus*: eandem aut majorem perfectionem habebunt; ergo & in miraculosis virtutibus, uni alterique fidelium in hâc vita extra ordinem à DEO concessis, qualis erat secreta cordium scientia, quæ in Samuele, Elisæo & aliis quondam eluxit. Id enim si sequeretur, rectè invocarentur sancti, ut unâ asini maxillâ millia hostium nostrorum trucident, ut junctis accensa face vulpinis caudis segetes vineasque eorum comburant, & quæ sunt alia id genus miraculo quondam facta. Ea enim & iis majora tam facilia juxta *Becani* consequentiam sanctis erunt, quam vultus pyrum comedest. Quæ vero quam absurdâ sint, nemo non videt.

X I.

Multò minus id evincunt cætera *Becani* argumenta. Nec enim sequitur: Sancti similes sunt angelis in puritate, in claritate, in incorruptibilitate futuri: ergo & in indagandis animi recessibus; quamquam nec hoc ipsum angelis ullibi, omnium autem minimè in locis, à *Becano* productis, ut nuda inspectio docet, tribuatur. Nec sequitur: Sancti amici sunt DEI: ergo ipso revelante omnia sciunt; quia eadem vi sequereruntur, eos omnia posse, virtutem tantam subministrante DEO: quo pacto ut auxiliatores, quod tamen negat *Becanus*, invocari possent. Nec sequitur: Sancti vident DEUM: ergo in eodem, ut in speculo, omnes creaturas, earumque actiones. Id enim si verum est, extrellum quoque diem, quod iis denegat Christus, videbunt atque cognoscent. Ut raseamus, speculum istud ab aliis Pontificiis validis rationibus explodi.

X II.

Denique ponamus, preces nostras sanctis à D<sup>o</sup> revelari, quæ istæ sunt ambages, ut eadē preces à sanctis iterum redeant ad DEUM? Ponamus, sanctos in D<sup>o</sup>, tanquam in speculo, omnia intueri atque cognoscere, quomodo omniscientia ipsorum, quæ est per participationem, ut loquitur *Becanus*, ab omnisciencia DEI, quæ est per essentiam, discernetur; ut recte concludam: Christus est omniscius; ergo est DEUS: non autem recte inferam; Sancti sunt omnisci; ergo sunt Dii? Ponamus, sanctos audire invocantium preces & pro iis intercedere: quis iisdem, uno momento millies milenii locis invocatis, satis aurum dabit ad audiendum, & ora,  
quan.

quantum sat est, ad intercedendum? Non potest fieri per ullam potentiam,  
ut duæ aures, non finitæ tantum, sed & parvæ, innumeris sonis simul  
pateant & os unum sermonib[us] infinitis.

### XIII.

Cæterum eosdem sanctos nec religiosè invocari debere, invicem  
argumentis probatur. Primo quia is honor præter DEUM nemini crea-  
turatum sine idolatriâ recte desertur. Religiosa autem invocatio est,  
quæ actibus constat, ex religione erga DEUM, quâ tali, immediatè pro-  
manantibus, quales sunt sacrificare, festa instituere, vota nuncupare, con-  
secreare templa & similes, quibus ita coli à Pontificiis sanctos, ut dicente  
*Bellarmino*, & testante experientiâ, adorationis actus exteriores ferè omnes,  
ceu sacrificatio, templorum dedicatio, litaniarum, psalteriorum, supplica-  
tionum, jejuniorum, juramentorum ad ipsos directio, & alii his similes,  
communes ipsis sint cum adoratione merè Divinâ, res vulgo nota est, ut cum  
*Becano* loquamur.

### XIV.

Deinde idem patet ex eo, quia solus Christus vi mieriti sui, pro nobis  
æterno Patri præstiti, intercedit. Nec enim aliis quisquam prometet  
quicquam poterat, cum præter eum nemo existeret, quin sua omnia DEO  
deberet. Debitum autem & meritum perpetuò sibi opponuntur. Qui  
itaque in sanctorum merita fiduciam ponit, iisdemque juvari cupit, is istud  
religiosæ venerationis parte Christum, cuius solius, ob naturæ excellentiam,  
est mereri, defraudat. Quæ argumenta si quis cum *Becano* dixerit instan-  
tiā à sanctorum viventium civili compellatione pati, næ non nugas & ineptias  
ager, ut denuò Jesuitæ verbis utamur.

### XV.

Postremò invocationem omnem suspectam reddit silentium Scripturæ  
& antiquæ Ecclesiæ. Quicquid enim religionem cultumque DEI con-  
cernit, nec vel mandato Divino, vel exemplo, vel promissione nititur, id  
temerè ab homine & illicite suscipitur. Deut. XII. ult. Quem locum  
*Becanus*, contra disertum textum, qui in verbis immediatè antecedentibus  
de toto DEI cultu apud gentiles egerat, atque hanc illimitatam sententiam  
eodem opposuerat, ad sola sacrificia restringit. Nec contrarium etiam  
producta à *Becano* exempla, quippe quæ vel expresso mandato, aut exemplo,  
vel generalissima honestatis regula, ut inductione potest ostendit, nituntur,  
ullo modo evincunt.

### XVI.

Nec in antiqua quoque Ecclesiâ trium primorum seculorum ullum  
moris invocandi demortuos vestigium comparet. Lamentum enim *Origenis*

genis, quod in contrarium allegat *Becanus*, etiam *Baronij* judicio adulterinum est. Seculo quarto semina civilis sanctorum invocationis per intempestivas oratorum, absentes quasi praesentes compellantium, Rhetoricationes, à *Gregorij*, *Nazianzeno* atque *Nysseno*, *Nectario* & *Ambroso*, (quamquam non omnia genuina sint, quæ ex iisdem objectat *Becanus*) jacta fuisse non diffitemur. Easdem compellationes publicis Ecclesiæ precibus in Oriente primus inseruit *Petrus Gnapheus*, in Occidente *Gregorius Magnus*.

Iec ante Augustinum (cui nec ipsi Confessionum libri indubitate posse sunt scribi; & miracula alibi ab ipso recensita non sanctorum invocationem, id invocationem DEI ad delubra sanctorum confirmant) de invocatione sanctorum religiosâ quicquam auditum fuit. Quo pacto dissensus de origine hujus erroris, nostris objectus, plane evanescit.

#### XVII.

Superest unicum *Becani*, sed, ut ait, efficacissimum, pro invocatione sanctorum argumentum: Hanc, inquit, confirmat quotidiana experientia; quia quotidie experiuntur fideles, prodeesse sibi sanctorum invocationem. Uninempe ad sanitatem corporis, alteri ad castitatem, alii ad profectum in studiis, aliaque id genus beneficia impetranda. Cui respondemus verbis *Augustini*, libro de unitate Ecclesiæ descriptis: Audiant, quæ narrant Pagani de templis & Dij suis mirabiliter vel facta vel visa, & tamen Dij gentium demonia, Dominus autem cœlos fecit. Exaudiuntur ergo multi & multis modis, non solum Christiani catholici, sed & Pagani, Judai & Heretici, variis erroribus & superstitionibus dediti. Exaudiuntur autem vel ab spiritibus seductoribus, qui tamen nihil faciunt, nisi permittantur, DEO sublimiter atque ineffabiliter judicante, quid cuique tribuendum sit; vel ab ipso DEO, vel ad pœnam malitia, vel ad solatium miseria, vel ad monitionem salutis aeterna.

#### XVIII.

Nos verò ex hoc ipso quoque argumento conclusionem, ex tota haec disputatione faciendam, subnectimus: Quicquid prodeesse sibi ipsa experientia sentiunt fideles in Lutherana Ecclesiâ, vel ad valetudinem corporis, vel ad castitatem atque sobrietatem animi, vel ad scientiam sacram pariter atque profanam, aliaque innumera id genus beneficia obtainenda, id solum rectè atque utiliter fieri censemus est. At invocatio solius DEI, exclusis ab hoc axiomate sanctis, ad ista omnia, testante quotidiana experientia, conducit. Ergo invocatio solius DEI, exclusis ab hoc axiomate sanctis, rectè atque utiliter fieri censenda est.

Tantum.












Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn787862290/phys\\_0019](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn787862290/phys_0019)

DFG





## E SACRA COENA.

51

ut proin recte tum in pyxide vel cibario affer-  
mestetur, tum ad ægrotos & moribundos,  
viaticum, deferatur? N. contra Pontific.  
ani, vel hostiæ consecratæ, cultus divinus &  
Templis, tum in publicis privatisque pro-  
bendus sit? N. contra Pontificios.

## XV.

### VOCATIONE INTERNA, ET FIDE.

Evangelii manifestatio homini sufficiat ad sa- De 7a et 8a.  
rum illius intelligentiam, adeoque & conver. & Nomine.  
requiratur insuper Vocatio interna, & actio  
subjectiva? N. prius: A. poster. contra Socin.  
Gratiam Evangelii, ejusque efficaciam, alia  
vocatione interna ad Christum, per lumen natu-  
ræ imaginis Dei scintillas, quæ proin recte Gratia  
ur? N. contra Pontif. & Remonstrantes.  
na Vocatio efficax & salutaris dicatur tantum  
ualiter; an vero etiam à priori, ratione volun-  
tati, & naturæ ipsius Vocationis? N. prius:  
tra Remonstr. & Lutheranos.  
tio ad fidem efficax per Evangelium, fluat ex De Cœ usq[ue]  
tem, ejusque fructus sit? A. contra Remonstr. Effic.  
ausa, cur uni præ altero Gratia ista contingit,  
Poxia, facientis de suo quod vult, juxta decre-  
eternæ; an verò causa detur à parte hominū,  
is præ altero se ex propriis viribus melius dis-  
tingue naturæ dignius usus fuerit, vel similis  
N. poster. contra Pontific. & Remonstr.  
atio hæc sit effectus meriti Christi, eique, tan-  
meritoriae, accepta ferenda? A. contra Re-

mini, uti primo Vocationis momento Deo

G 2